



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

§. 1. Quid sit Excommunicatio: & species Censuræ Ecclesiasticæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

TITULUS XXXIX.  
De sententia excommunicationis.

## §. I.

Quid sit excommunicatio: & species Censura Ecclesiasticae.

1. Ratio ordinis & inscriptionis Tit.
2. Censura Ecclesiastica qua dicatur.
3. Species illius sunt Excommunicatio, Suspensionio, & Interdictum.
4. 5. Excommunicatio unde dicta, ejusque definitio.

**P**rotractatum de poenit., quæ in foro tam contentioso quam spirituali seu poenitentiali infligi solent, subiicendum est aliquid de quadam speciali, qua coercentur ii, qui aduersus predictas poenas rebellis ac restitutarii existore, nempe de Excommunicatione: hæc enim rebellium & concubantium poena idcirco vocatur, *can. Nullus, can. Certum xi q. 3*, præsentim cum ab hominem infligitur: nam dum infligitur à Jure, infligitur ratione delicti, secundum Abbatem in Rubr. hoc sit. Estque poena cum omnipotenti gravissima.

1. Inscrifitur autem hic Tit. De sententia excommunicationis, non quod excommunicatio sit propriè sententia: cum nec definitiva sit, quandoquidem causam non definiat, quippe cum perenni absolutionem nunquam denegetur audiencia, & *Ex parte inf. De verb. signif.* Nec etiam interlocutoria, cum hæc dicatur, quæ profertur à Judge inter principium & finem causa, ut notatur in *Clement. De sequestrat posse. &c.* excommunicatio autem quandoque tetatur extra judicium, ut in e. *Dilectio b. tit. in 6.* Verum sic inscribitur, quia excommunicatio sepius per sententiam contra rebellies & contumaces profertur & exercetur. An vero sententia ista magis accedat ad interlocutoriam, quam ad definitivam tam in interpronenda appellatione, quam in aliis notatur in cap. *Per duas & hæc in e. Venerabilibus sed. in 6.*

2. Quia vero excommunicatio, est species censuræ Ecclesiasticae, ideo aliquid de ea proclariori intelligentia premireendum est. Censura igitur latine propriè est idem, quod Censoris (cujus erat de motibus civium iadagare & indigos ab honoribus repellere) dignitas: indeque derivata vox est ad significandam severam aliquam correctionem vel portum multam, quæ loco poena imponitur. Prout vero est in usu Ecclesia, & à Canonibus usurpatur, definiiri potest poena spiritualis & medicinalis, prius primario usu aliquarum actionum spiritualium per Ecclesiasticam potestatem ita imposita, ut per eandem ordinariē absolvi possit, ita suarez. *De Censura Disputat. i. n. 5.*

Genus definiti est poena spiritualis, quia omnis censura Ecclesiastica est poena spiritualis, non è contraria nam irregularitas sapientia est gravis poena & spiritualis, non tamen est censura, sed inhabilitas quædam.

Dixi, Primario usu &c. quia privat etiam usum actionum corporalium, sive exteriarum actionum, ut communicationes humanae, honore, salutatione, sed in ordine ad spiritualia. Nec privata hominum spiritualibus habitualibus, seu permanentibus, & internis, ut sunt character, gracia habitualis, virtutes insuffse, ideoque non privat potestate Ordinis.

Dixi, Ita imposta, ut per eandem &c. quia ex institutione sua est vinculum quoddam dissoluble: quandoquidem ab Ecclesia instituta sit, non solum, ut sit poena, sed etiam, ut sit medicina seu resipiscere hominem faciat, *can. Corripianus xxiv quest. 3.* nam id non præstaret, si esset perpetua & absque spe remissio-

nis.

3. Censura Ecclesiastica ex institutione Ecclesiae tres sunt species, Excommunicatio, Suspensionio, & Interdictum, *cap. Quarenii inf. De verb signif.* Ratio est, quia illæ tres sufficiunt ad effectum seu finem censurarum, qui est inobedientes & contumaces aut corripere, aut fædiores sint ab Ecclesia præscindere.

Excommunicatio idem sonat, quod extra communionem ejectio, & græce Anathema dicitur; sicut hæc vox interdum etiam in bonam partem sumatur, & interdum, pro solemai excommunicatione.

**Excommunicatio**, in genere est censura Ecclesiastica separans hominem à communione. Pergenus defivit excluditur irregularitas, quia non est propriæ censura, ne quidem illa, quæ ex delicto contrahitur, sed inhabilitas quædam, per sequentem partem excluditur suspensio & interdictum. Nam suspensio solum separat ab usu officii vel beneficii, vel utriusque, non etiam à communione Sacramentorum vel convictu fidelium. Interdictum vero separat dumtaxat à divinis officiis, sacris, & sepultura Ecclesiastica, non autem à fidelium communione, in quo differt ab excommunicatione majori.

## §. II.

## Quotuplex sit Excommunicatio.

1. *Dividitur Excommunicatio in Majorem & Minorem.*
2. *Item in eam, quæ est à luce & quæ ab Homine.*
3. *Et hæc non nisi trina monitione prævia fieri potest.*
4. *Item alia est lata sententia alia ferenda.*
5. *Majori excommunicatione que notentur.*
6. *De monitorio ad finem revelationis, ut vocant.*
7. *Præterea Excommunicatio alia est Iusta, alia Injusta.*

**V**ariis modis dividi potest; ac primò in Majorem & Minorem. Major est censura Ecclesiastica, privans hominem communionem, tam activā, quam passivā Sacramentorum, & hominum, colligitur ex cap. 8. 9. & penult. b. tit. Hostiens. in Summa b. tit. num. 1. Et hæc est excommunicatio simpliciter dicta altera secundum quid. Ideoque intelligitur major, dum excommunicatio simpliciter sine expressione majoris vel minoris à Judice fertur d. cap. penult. licet alias dispositio-nes penales in dubio intelligantur & præsumantur de minori pena, cap. in pœnâ De R. L. in 6.

Excommunicatio minor est, quæ tantum separat à perceptione passiva Sacramen- tum, d. c. penult. Et ideo minori excommuni-cationi implicitus, potest exercere ea, quæ sunt

jurisdictionis, & eligere, non tamen eligi, cap. ult. sup. De Clerico excommunicato ministrante. Et hæc licet olim soleret ab homine & à jure inferri pro omni sacrilegio, ut patet ex can. Minor xvii. q. 4. tamen nunc solum incurrit eam scienter participans cum irrerito majori excommunicatione, cap. Cum desideres 15. verific. quia quicunque excommunicato b. tit. in humanis scilicet rebus, & extra crimen, ob quod est excommunicatus. Nam qui in divinis cum codem communicat, veluti, percipiendo ab eo Sacra- menta vel codem cum illo rite orando, auralia divina officia exercendo, aut in eodem crimen, incurrit etiam majorem excommunicationem, e. Significat & alius b. t.

Dixi, scienter, quia ignorantia non improba-bilis excusat, san. Quoniam xi q. 3. Exculsan- etiam uxores, liberi, servi, ancillæ, seu mancipia, nec non rustici servientes, & quotquot ex offi-cio tenentur excommunicato adesse, nec adto curiales sunt ut eorum consilio sceleris perpe-trentur, d. can. Quoniam: item peregrini proper necessitatem; & qui humanitatis intentio ali-qui dant excommunicatis, d. can. Quoniam. Insuper creditor debitor excommunicati, cap. Si vero 34. b. t. Præterea qui cum excommuni-catio in his, quæ ad absolutionem vel ad salutem animæ pertinent, in sermone participat, cap. Re-sponso 43. c. Cum voluntate 54. Hinc versus ille Glos. in d. c. Cum desideres.

Hez Anathema quidem solvunt ne possit obesse. Vile, lex, humile, res ignorata, necesse. Notandum vero hic post Conc. Constantie, se vos teneri ad vitanda solum duo genera excommunicatorum, nempe nominatum ex-comunicatorum & denunciatorum: item, eorum, qui sunt notorii Clericorum percussores. Quod & Leo X ordinavit in Concil. La-teran. cuius ordinationem refert Pialec. 2. p. cap. 4. art. 13 num. 19. ita ut alii notorii, etiam si evidenter constet fuisse excommunicatos, sive à jure sive ab homine, vitandi non sint, ante-quam fuerint denunciati, Covar in cap. Alm- mater 5. 7. Gutierrez lib. 1. Can. Quasi, cap. 1. Navat in Manuali 27. num. 35. Eoque magis obtinet, quod Conc. Babileenae solos Clericos percussores notorios decreverit esse vitandos Pialec. d. loco, ubi refert ejusdem Concilii decre-tum, Ipse tamen excommunicati non minus re-ventur